Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum II

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

invisibilia ac me miserum peccatorem in-
omnia creasti · te adoro te laudo · te glorifico
esto propicius michi peccatori · et ne despi-
cias me opus manuum tuarum · sed salva
et adiuva me propter nomen sanctum tuum
opus manuum tuarum · devictum corruptione carnali ·
fragilitati succurre · quem me fecisti · refice in-
fectum · Tu qui me formasti · reforma
corruptum peccatis · ut secundum magnam
misericordiam tuam salves animam meam in
eternum Amen — De invencione remedii pro

salvacione generis humani et nativitate virginis marie

In principio cum lucifer cre-
atus esset erexit se contra
deum creatorem suum et
in ictu oculi de excelso celo
proiectus est in infernum
et ob hanc causam decrevit deus genus hu-
manum creare ut per ipsum posset casum
luciferi et sociorum eius restaurare · Cum per
diabolus homini invidens sibi insidiabatur
et ad preceptum transgressionem ipsum inducere
nitebatur · Erat quoddam genus serpentis qui
dicebatur · quod tunc erectus gradiebatur et ca-
put virgineum habebat · In hunc fraudu-
lentus deceptor intravit et per os eius lo-
quens verba deceptoria mulieri narravit
ac eam decipiens super omne genus huma-
num mortem induxit · Et oportebat nos
eternum infernum ingredi · de quo non pote-
ramus aliquo adiutorio exire · Sed tandem
pater misericordiarum et deus tocius con-
solacionis clementer respexit statum nostre
dampnacionis · et nos per principium liberare
decrevit · super quo nobis signum per olivam dedit
quam columba in archa inclusa afferebat
quod manus dei futurus inclusis in limbo succede-
bat · Non solum enim hoc quod in archa erat
ma promittebat sed et toti mundo signum sa-
lutis in oliva dabat · Et hanc eandem deus pro-
mostravit nobis in multis aliis figuris ·
In principio autem condicionis nostre adam

in agro damasceno vir ex limo de terra for-
matus et a domino in paradisum voluptatis
translatus · ac eva in paradiso de costa eius
dormientis facta et pro comparte ei data · ipsis
primis parentibus in paradiso ad operandum
et custodiendum collocatis · de hinc propter ligni
vetiti esum · per dominum precepti preuaricatorem
expulsis suprema miseracio non desiit homines
invitare ad bonum per occultos instinctus nec
distulit hominem exulantem ad primam
revocare spem venie dando · per repromissum
salvatoris adventum · Et ne forte per infirmitatem
et ingratitudinem · tanta dei dignacio nostre
saluti foret inefficax · in quibus hunc seculi eta-
tibus per patriarchas · iudices · sacerdotes reges
et prophetas · ab abel iusto usque ad iohannem
baptistam · filii sui adventum preinitiare re-
promittere et prefigurare non destitit ut per
multa milia temporum et annorum magnis et
variis multiplicatis oraculis · et intellectum
nostrum ad fidem excitaret · et affectus per
nimia et varia desideria inflammaret unde
leo papa · Cessent illorum querele qui de dominicam
nativitatis tarditate causantur tamquam preteritis
temporibus non sit impensum · quod in ultima
mundi etate sit gestum · verbi incarnacio hoc
contulit facienda · quod facta · et sacramentum salutis
humane in nulla umquam antiquitate cessavit ·
quod predicaverunt apostoli · hoc annunciaverunt
prophete nec sero est impletum quod semper est credi-
tum · Sapiencia vero et benignitas dei ac salu-
tiferi operis mora capaciores nos sue vocacionis
effecit ut quod multis signis ac multis voci-
bus · multis que misteriis per tot fuerat secula
nunciatum · in hiis euangelii diebus esset am-
biguum · Et nativitas salvatoris tanto con-
stanciorem in nobis gigneret fidem quanto predi-
cacio eius antiquior processisset et crebrior · Non
itaque novo consilio deus humanis rebus · nec sera
miseracione consuluit · sed a constitucione mundi
unam eandemque omnibus causam salutis instituit
Gracia enim dei qua semper est universitas iusti-

ficata sanctorum. auita est a christo nascente. inde
cepta. Et hoc magnum pietatis sacramentum tam po
tens etiam in suis significationibus fuit. ut
non minus adepti sint qui illud crediderunt promis
sum quam qui susceperunt donatum. Hec leo papa
Et ideo secundum augustinum quod christus non prius
venit ut homo de lege naturali et scripta
prius conuinceretur. quia si christus statim venisset.
diceret homo. quod per legem naturalem saluari
poterat. et superfluum crederet aduentum
christi. Similiter dicere poterat de lege scripta
Et ideo quod non sic saluari poterat ~~et super~~
~~fluum crederet~~ cum omnes ad inferos descende
rent. tunc venit ipse. quia tunc erat tempus mi
serendi. Et prius veniens non fuit necesse. quia
non prodest medicina spiritualis sine affectu
recipientis. Nec posterius venit ne fides et
spes ex promissa ~~et~~ incarnatione perirent.
Si enim tardasset venire cottidie decreuissent. / tepuissent.
Secundum eundem augustinum magnum desiderium
habebant antiqui videre christum. Sciebat enim
illum esse venturum et non solum patriarche
et prophete. sed etiam omnes qui pie viuebant desi
derantes dicebat. O si hec me inueniret illa
natiuitas. O si quod credo videbo oculis me
is. Si ergo fideles isti tantum desiderabant
tamquam deuoti erant christo adhuc venturo
quid faciendum est iam suscepto. Sed ve nobis
miseris huius moderni temporis qui nec tan
affectum ad graciam adhibitam. quantum antiqui
afficiebantur ad promissam unde Bernardus.
Desiderium suspirancium christi in carne presen
ciam. frequentissime recogitans. compungor
et confundor in memetipso et nunc vix con
tineo lacrimas ita pudet temporis tepentis
miserabilium temporum horum. Cui namque
nunc tantum ingerit gaudium huius gracie ex
hibicio quantum accenderat veteres desiderata
saluti promissio. Hec Bernardus. Cum igitur per lon
gissima tempora circa spacium quinque milium et
fere ducentorum annorum miserabiliter iaceret
genus humanum. et nullus propter peccatum
primi hominis ad eternam beatitudinem
ascendere posset. ad primum beatissimi spiritus
compacientes tandem nunc. ac de sua palliati
restauracione. licet pluries antea. tamen
adueniente plenitudine temporis. instancius
et deuocius domino supplicauerunt. Unde misericordia
pulsabat uiscera patris. ut subueniret. sed
cum habens pacem. sed contra dicebat ve
ritas. sed tamen habens iusticiam. et inter eas
magna controuersia facta est quam narrat
Ber. longo sermone de annunciacione. sed
dicti sui summa hec est. Dicebat misericordia
deo. Eget miseracione diuina creatura
racionalis. quia misera facta est. et valde
miserabilis venit tempus miserendi eius.
Econtra veritas dicebat. Queso domine compleri
~~sermone~~ sermonem quem locutus es. Totus
moriatur adam. cum omnibus qui erant cum
eo. qui preuaricando pomum vetitum gusta
uit. dicit misericordia. ut quid domine me fecisti.
Scit enim ipsa veritas quod cito perii. si nunquam
misereris. Econtra veritas. Si predictam
tuam sentenciam preuaricator euaserit. perijt
veritas tua. et non permanet in eternum
Fuit autem hec questio per patrem missa
ad filium. Veritas autem et misericordia coram eo
eadem dicebat. Non videbatur quomodo circa
hominem possit misericordia et veritas simul con
seruari. Concepit autem Rex sentenciam sic
continentem. hec dicit pax. sed adam
non moriatur / ~~et misericordiam consequatur~~ ~~Obstupu~~
~~puerunt omnes in verbo sapie et consenserunt~~
et hec dicat pax. si mortem non consequatur
fiat mors bona. et habet utraque quod postu
lat. ut et adam moriatur. et misericordiam
consequatur. Obstupuerunt omnes in verbo
sapiencie. et consenserunt quod moriatur adam
misericordiam consequendo. Sed queritur
quomodo mors possit fieri bona cum horri
bilis sit ipso auditu. Respondit Rex. Mors
peccatorum pessima. sed sanctorum est preciosa.
et vite ianua. Inueniatur ergo qui ex caritate

moriatur. Non obnoxius morti et sic mors non potuit tenere innocentem. sed faciet in ea foramen. per quod exirent liberati placuit sermo. Sed ubi autem talis potuit inveniri Circuit ergo orbem terrarum veritas et nemo mundus a sorde nec infans cuius unius diei. Sed et misericordia perlustrat celum et neminem invenit. qui sufficientem ad hoc habeat caritatem Sic ergo victoria hec debebatur que nemo maiorem caritatem habet ut animam suam pro servis inutilibus poneret. Redeunt itaque ad constitutum diem. sine re plurimum anxie invento quod desiderabat Tandem pax eas consolans dixit Nescitis quia non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Sed qui dedit consilium ferat auxilium Intellexit hoc Rex et ait penitet me fecisse hominem Pena in quid tenet me. penam sustinere incubit in pro homine quem creavi // Et vocato angelo Gabriele dixit. vade dic filie syon. Ecce Rex tuus venit. Festinavit ille et ait Adorna thalamum tuum et suscipe Regem. Sed Rex videt ergo quam magnum periculum et quantum sunt peccatum. et quam magna difficultas sit invenire remedium In hoc itaque consenserunt predicte virtutes. et sic impletum est hoc propheticum Misericordia et veritas obviaverunt sibi. iustitia et pax osculate sunt. Unde et leo papa Quia non ita in primum hominem diabolus violentus extiterat ut eum in partes suas sine arbitrii consensione transferret. sic destruendum peccatum fuit voluntarium peccatum fuit voluntarium et hostile consilium ut dono gratie non obesset norma iustitie In tanta igitur humani generis strage cum omni solum fuit remedium sub divine rationis occultum quod posset subvenire prostratis. si aliquis filiorum adam originalis prevaricationis alienus atque innocens nasceretur qui ceteris exemplo prodesset et merito. Et quia hoc naturalis generatio non sinebat. dominus deus factus

est filius david et de propriis generis fructu gaudens est orta sine vitio. Unde exaltabo. Augustinus Anima nostra ad similitudinem dei in principio creata sunt quatenus indesinenter ipso deo frueretur et eius gloria sine omni corruptione et mutabilitate aliter potiretur. hoc tamen fide bonum statim in primis parentibus perdidit. atque in huius mundi miserias i deiecta contra labentis aetatis multis miseriis nutrita Transierunt multa secula et dampnationis ipsius inimicitias super omnes filios hominum semper est deterius roborata Set enim summa sapientia dei nullam in massa creationis humane viam invenit per quam ut disposuerat in mundum veniens tam lucidus per predicationem subveniret. donec ad istam de qua loquimur virginem ventum esset Sed hec mox ut in mundum venit per humane generationis lineam. tanta omnis boni virtute atque constantia perfecte resplenduit ut eam ipsa sapientia dei vere dignam iudicaret per quam in hominem veniens. non tantummodo reatum primorum hominum sed et totius mundi peccata deleret. atque diabolum sui operis nimiam cum suis elideret. nec non dampna que celestis hominem illuc reducendo reintegraret // Cuius igitur ista perpendens estimare queat. qua laude digna sit. quanta bonorum sola perfectis mediatrix effici meruit. Hec Augustinus Hec sunt ista virgo subito et casu inventa sed ab eterno predestinata Unde dicitur Ipsa dei genitrix ab eterno et proprio tempore dei consilio predeterminata et diversis imaginationibus et sanctificationibus prophetarum per spiritum sanctum prefigurata et predicata sunt Exurgamus ergo in gratiarum actiones. et pro tanta dei arca nos dignatione laudes referamus. cum Augustinus dicentes Adoramus te christe Rex israel. lux gentium. princeps Regum terre. domine sabaoth virtus dei omnipotentissima

i in febre et prope viam in celis misericordias deum etc.

Adoramus te preciosum nostre redemp-
cionis precium · hostiam pacificam · que
suo odoris tui inestimabili suavitate
Patrem qui in altis habitat · ad respi-
ciendum humilia inclinasti et filiis re-
placabilem reddidisti · Tuas quoque miseraciones
predicamus · tue suavitatis memoriam
cum habundancia eructamus · tibi christe
sacrificium laudis immolamus · pro ma-
gnitudine bonitatis tue quam ostendisti nobis
servis nequam · filiis sceleratis et perditis · Cum
enim adhuc essemus inimici tui domine
et iracundie antiquam in semen carnem iniqui
exercet dominia · cum omne semen adam
lege primordialis culpe obnoxium erat
et miseracionis tue · et pro-
spexisti de sublimi habitacione tua in hac
valle ploracionis et miserie / vidisti domine
afflictionem ~~tuam~~ populi tui et tactus
dolore cordis intrinsecus apposuisti cogi-
tare super nos cogitaciones pacis et redemp-
cionis huius benefici · Tractus autem illis que ab
inicio omnis creature usque ad sancti filii sui
adventum · de hac beata virgine prophetata
sunt · tam per eos qui ante legem · quam per eos
qui sub lege iusti fuerunt de nativitate eius
quam quidem ex linea generacionis huius
descendisse scimus · et magna quedam
atque miranda singulariter indicia precessisse
credimus consequenter aliqua videamus
Virgo itaque gloriosa · ex qua incarnacio
filii dei est facta · de tribu iuda et stirpe
david est orta · Unde ut ait Crisostomus · dignum
autem atque conveniens erat celesti consilio
ut eadem maria que mater domini secundum
carnem esse meruit et ex regali genere
et ex sacerdotali origine nasceretur de
qua filius dei qui rex et sacerdos eternus
est · corpus humane carnis assumpsit
Anno autem imperii augusti cesaris
xxxiiii nata est gloriosa virgo maria ex
patre Ioachim de Nazareth et matre
Anna de Sephora oppido distante
ad duas leucas fundato in territorio na-
zareth adiacente ambobus iustis ante
deum · Qui xx annis prope prole carentes
pro habenda sobole oraverunt voventes se
illam domino oblaturos · Cum autem videret
ysachar sacerdos Ioachim inter ceteros
suos cum oblacione assistere · spreuit illum
imprecans sterilitatem · Tunc ioachim pre pu-
dore ad pastores pecorum suorum se contu-
lit · ubique apparuit angelus ei domini confor-
tans eum et dicens oraciones eius ex-
auditas · et elemosinas ascendisse in
conspectu dei · Terciam enim partem sub-
stancie sue dabat pauperibus et terciam templo
et templi ministris · de alia tercia vivebat
cum domo sua · Et ait angelus ei · Uxor
tua pariet tibi filiam nominabis
nomen eius mariam · Consecrata erit
domino ut vovisti et spiritu sancto replebitur ex
utero matris sue et in templo domini erit
conversacio eius · Eademque angelus nuncia-
vit anne · convenientes ~~cum~~ angelico consilio
ascenderunt in Ierusalem et debitas gra-
cias domino persolventes in templo regressi
sunt ad propria · Concepit quoque anna et
peperit filiam quam vocavit mariam · ab
originali autem quodam privilegio
singulari in matris utero purgata fuit
unde Bernardus · Est itaque virgo maria hoc
titulus cumulata · quod procul dubio · ante
fuit sancta quam nata · Ego puto quod
copiosior sanctificacionis benediccio super
in aliis sanctificatis ab utero eam
descenderit · que non solum ipsius ortum
sanctificavit · sed vitam eius deinceps
ab omni peccato conservaret immunem
Quod nemini ut singulari privilegio
vitam absque peccato duceret · que dum peccati
mortis et peremptorem pareret vite iu-
sticieque munus plus omnibus obtineret ·
hec Bernardus · Unde dicit Augustinus quod beata

virgo ante conceptionem filii dei sanctifi
cata fuit · quia peccare venialiter potuit ·
sed post conceptionem dei filii nec mortaliter
nec venialiter peccare potuit. Ipsa autem gloriosa
virgo maria cum trium esset annorum portata ad
templum et a parentibus in templo oblata
intra septa templi cum aliis virginibus collo
cata ibidem ut litteras disceret et deo serviret
usque ad xiiii permansit. Et accelerato in ea
divina gratia · viventibus ipsis · quam parentes eius
in templo dimiserunt ex tunc statuit in corde
suo deum habere in patrem · et fecit se docere di legem·
ac devote et frequenter cogitabat · quid posset
facere deo gratum ut sibi gratiam suam
dare dignaretur · Petebat vero affectuose
a deo gratiam observandi mandata et pre
cepta legis · ut faceret eam amare omnia
que ipse amat et odire omnia que ipse odit.
Petebat quoque omnes virtutes per quas effi
ceretur graciosa ante conspectum suum · et
melius ac melius in dei opere proficiebat
Omni tempore contemplationi · aut orationi ·
aut lectioni · aut operationi sedebat pro
salute generis humani sine intermissione o
rabat · scripturas de adventu christi frequenter
legebat · et quidquid in scripturis de incar
natione dei inveniebat hoc osculando et
amplexando dulciter delectabat. Studebat ut
in vigiliis inveniretur prior · in sapientia dei e
ruditior · in humilitate humilior · in carmini
bus davitticis elegantior · in caritate gratio
sior · in puritate purior · in omni virtute
perfectior. Erat enim constans et immobilis
et cum cotidie melius ac melius crevisset
hanc irascentem nullus vidit vel audivit
Omnis sermo eius ita erat gratia plenus
ut in lingua eius agnosceretur deus. Et
erat sollicita circa pares suas ne aliqua
ex eis in ullo sermone offenderet · ne ali
qua in risu vocem suam exaltaret · ne
aliqua iniuriosa vel superba circa parem
suam existeret · et ne in aliquo peccaret

Sine intermissione benedicebat dominum et ne
forte in salutatione a laudibus domini tolleretur ·
si quis eam salutabat ipsa pro resalutatione
deo gratias respondebat · Denique primum ab
ipsa exivit ut dum homines sancti salutantur
deo gratias dicant. Ipsa etiam prima omnium de
servanda virginitate nisi deus aliter ordina
ret votum vovit · quam illa ab initio seculi ex
quo hic factus est mundus deo obtulit. Tam
prudenter tam humiliter tam devote se habe
bat quod vita ipsius exemplum cunctis vivendi
prebebat. De cuius vita sic scribit Ambrosius.
Sit nobis tamquam in ymagine descripta
vita marie ex qua velut speculo refulget
species castitatis · et forma virtutis virgo
erat corpore et mente · corde humilis · verbis
gravis · animo prudens · loquendi parcior ·
legendi studiosior · non in incerto divitiarum
sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi
verecunda sermone · arbitrum mentis non
hominem sed deum querere · nullum ledere ·
omnibus bene velle · maioribus assurgere
equalibus non invidere · iactantiam fugere
rationem sequi · amare virtutem. Quando illa vel
vultu lesit parentes. Quando fastidivit humilem
quando risit debilem · quando vitavit inopem
Nichil torvum in oculis · nichil procax in verbis
nichil inverecundum in actu. Talis enim fuit (a)
maria · ut eius unica vita · omnium disciplina
sit. Cui igitur auctor non displicet opus probemus
ut quicumque sibi exoptat premium imitetur exemplum
hec Ambrosius. Unde et Augustinus. Rata igitur et in
fantiles annos exacta · qua caste et sancte
et deo digne · vitam instituerit · ac instituta
egerit · quis vel cogitatu queat pensare ·
Nulli denique dubium castissimum corpus et
sanctissimam animam eius · funditus fuisse
ab omni macula peccati · inibi angelorum
custodia protectam et potentia · quia suus
et omnium creator deus corporaliter inhabi
taturus et ex qua hominem in sue persone
unitate ineffabili fuerat operatione suscepturus

a. non gestu fractior non incessu solutior non voce petulantior ut ipsa species corporis simulacrum fuerit mentis et forma probitatis. Tal[is]

Et quomodo in ..... etiam et inter homines ob..
ysus obtinuit si tamen celestibus ad terrena
potest esse comparacio illa ut cum potentis
aliquis vel persona ~~diuens~~ dives aliquo vadit
hospitaturus · clientes precurrent · locum emu
ant · emundent · ornent atque custodiant · quo
venienti domino suo aptus ad habitandum et
congruus fiat Nam si talis apparatus fit propter
adventum terrenum hominis et momentanee potestatis
tis · qualis putamus apparatus omnis bo
ni fiebat pro adventu celestis et eterni regis
in corde sanctissime virginis que illum non
solum erat in semetipsa transitive hospi
tatura sed etiam ex substancia sua hominem
factum paritura · hec Ambrosius. Considera igitur atten
te virtutes et mores virginis marie et
proposse tuo eam imitari stude · De
marie concepcione et sanctificatione est
sciendum quod cum deus humanam naturam assu
mere decrevisset · congruum fuit ut matrem
de qua nasceretur premitteret · Et hec per filiam fuit
Regis astragis prefigurata fuit · Circa ut
in scolastica hystoria dicitur vidit in visione
quod de utero filie sue vitis pulchra crescebat
que frondibus et floribus foliis se dilata
bat et fructum proferens totum regnum
obumbrabat suum · dictumque est ei de filia
sua rex magnus nasciturus erat qui post
hac cyrum regem generavit qui filios israel de captivita
te babilonica liberavit Item Joachim dic
tum est quod filiam gigneret que christum regem por
taret qui nos de captivitate dyabolica li
beravit · qui et vera vitis fuit et totum mundum
obumbravit Ipsa etiam prefigurata
fuit per fontem signatum in orto concluso
positum per eam conclusam in utero matris
spiritus sanctus sanctificavit · et sigillo
sancte trinitatis sic conclusit et signavit
quod in eam numquam aliquid contagii intravit
Hec etiam prefigurata fuit per stellam ba
laam qui promisit quod de iacob orietur stella
per quam figurabatur maria fluctuancium

ductrix et adiutrix singularis et precipua
sine qua stella nos poteramus hoc secundum
mare transire nec ad portum celestis patrie
pervenire Ipsa quoque beata virgo quo ad suam
nativitatem prefigurata fuit per virgam
de radice et stirpe iesse · prout dicit Ysaias egressam
de qua flos amenissimus scilicet christus ascendit
super quem septiformis gratie spiritus sancti
requievit Secundo autem flore generavit prefigu
ratum fuit in porta clausa quam deus ezechieli
monstravit que numquam aperiri debebat · sed
dominus solus per eam clausam transire vo
lebat Item ipsa prefigurata fuit per templum
quod salomon domino edificavit Hoc templum
erat constructum marmore candidissimo : ornatum interius auro mundissimo
Sic maria erat albissima candore purissime
castitatis et ornata interius auro perfectissime
caritatis · Oblacio vero marie in templo fuit
premonstrata per mensam solis in sabulo ~~con~~
~~structam erat propter illam mensam que in templo~~
~~solis materialis~~ · de qua dicitur in scolastica
hystoria Piscatores enim quidam rete in mare
mittentes casu mirabili mensam auream
extrahentes que ipsi soli materiali quem
gens illa tamquam deum coluit oblata fuit
in templo · quod ibidem in littore maris in sabulo
constructum erat · Per illam mensam que in tem
plo solis materialis est oblata · bene est
maria figurata · que vero soli id est summo
deo et in templo solis eternalis est oblata
Et pulchre per mensam maria est figurata
quia per eam celestis esca est collata · Nam
ipsa filium dei ihesum christum nobis generavit
qui nos suo corpore et sanguine refocillavit
Item premonstrata fuit per iepte filiam · sed illa
ex abrupto et indiscrete oblata deo perpetua
servire nequivit Maria vero rite et discre
ta oblata post oblacionem suam semper
domino servivit Illa post victoriam hostium
temporalium pro gratiarum actione · maria
autem victoriam pro victoria hostium in
fernalium collacione Qualiter autem deo

seruiuit et quam vitam habuit. hoc in orto illo suspenso demonstratum fuit quod rex persarum vxori in alta structura plantauit. de quo patriam suam delonge contemplari affectauit. per quam contemplatiuam vitam marie designatur que in templo domini contemplacioni insistens patriam celestem semper contemplabatur.

O virgo virginum maria que nec primam similem visa es nec habere sequentem que prima inter feminas perenande virginitatis votum vouisti et gloriosum munus deo obtulisti. cum hoc a nullo homine nec verbo didisces. nec exemplo ad imitacionem inuitata fuisses. hac virtute et ceteris ornata deo placuisti. et viuendi exemplum omnibus reliquisti. deprecor bonitatem tuam immensam vt tu summum meum solacium dirigas vitam meam. meque tuas virtutes et exempla pro posse imitari facias et graciam tuam semper michi adesse concedas amen

De desponsacione virginis marie capitulum iii

Virgo itaque domini prime partis maria cum etatis processu cottidie et in virtutibus proficiebat. et quam pater et mater eam dereliquerat. dominus eam assumpsit. Cottidie namque ab angelis frequentabatur. cottidie diuina visitacione fruebatur. que eam a malis omnibus custodiebat et bonis operibus omnibus redundare faciebat. Itaque sic vsque ad annum xiiii peruenit. Tunc pontifex publice denunciauit vt virgines que in templo constitute hanc etatem implessent domum reuerterentur ac nupciis opera darent cum ... cum ceteris precone paruissent sola virgo maria hec facere non posse respondit. Eo quidem et parentes suas ei dixit domini seruicio mancipasse. et insuper se ipsam domino virginitatem vouisse. Pontifex igitur in angustia positus. cum neque contra scripturam que dicit vouete et reddite votum infringendum putaret. neque morem genti insuetum introducere auderet. consilium habuit cum senioribus. quid esset faciendum omnibus quam in commune placuit dominum super hoc esse consulendum. Et ceteris quidem oracioni incumbentibus. pontifex ex more ad consulendum dominum accessit. Et mora et cunctis audientibus de propiciatorio. [illegible] vox facta est ysaie vaticinio requirendum esse. cui virgo commendari et desponsari debet. illo scilicet. egredietur virga de radice iesse et cetera. Iudicis quam de domo et familia dauid nupciis habiles non coniugatos virgas suas ad altare iussit allaturos. Erat autem inter ceteros quidam nomine Joseph. qui cum virgam suam attulisset et ipsa illico florem germinasset. atque in eius cacumine columba de celo veniens consedisset. liquido omnibus patuit ipsi virginem desponsatam fore. vnde in numeris legitur quod moyses inuenit virgam aaron germinasse et turgentibus gemmis flores erupisse qui folyis dilatatis in amigdolas deformati sunt. Per istam intelligi potest beata virgo que instar virge fuit gracilis per paupertatem. et flexibilis per humilitatem. et recta per intencionem et caritatem. Ista virgo inuenta est gemmis turgentibus quando filium dei in vtero concepit. et qua flores fructiferi erupcrunt quando dei filius de ipsa manente virgine natus fuit. Item sicut flos non violat arborem sed ornat sic dei filius non violauit virginem sed magis eam donis et graciis adornauit. Beatus Cirillus. hec virga est que in tabernaculo testimonii posita. sine humore terre fructum nucis germinauit. quod sine semine viri filium edidit quamquam inter legis passionis adhesit. Et bene nunc flos. nunc fructus dicitur quia secundum Ambrosium. veluti boni arboris fructus pro rerum virtutis processu. nunc floret. nunc fructificat in nobis nunc resurreccionis corporis renouacione reparatur.. Igitur virgo domini cum quibusdam virginibus collateralis suis. quas ob miraculi sui floris et pudoris sui custodiam a sacerdote accepit.

Ideo alibi flos alibi fructus dicitur quod vtriusque testamenti paginis predicatur flos in lege. fructus in spiritu. flos in lege. fructus in gracia et veritate flos in porta tabernaculi. fructus in [illegible] flos in ... carnalium sacrificiorum. fructus in spirituali regnacione ... sic enim a flore fructus pronunciatur sic in illis cerimoniis ... significabatur. Patet itaque quod ipse flos de ... veteris testamenti ... qui et fructus vocatur in nouo testamento ... Et sic fructus non apparet ... flore ... veritas patuit carnali ... ... flore fructus videtur ... lege ... et veritas per ... tenet. Igitur